



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

363. Alia ejusdem Petri concio, de Passione Domini, & Resurrectione.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

in inferno, neque caro ejus vidit corruptio-
nem. *Actor. 2. v. 30. 31.*

IV. Hunc IESUM resuscitavit Deus: cu-
jus omnes nos testes sumus. *Vers. 32.* Cer-
rissimè sciat ergo omnis domus Israël, quia &
Dominum eum, & Christum fecit Deus, hunc
IESUM, quem vos crucifixistis. *Vers. 36.* His
autem auditis, compuncti sunt corde. *Actor.*
2. Vers. 37.

MEDITATIO CCCLXIII.

*Alia ejusdem Petri concio, de Passione
Domini, & Resurrectione.*

I. **V**iri Israëlitarum, quid miramini in hoc, aut
nos quid intuemini, quasi nostram vir-
tute aut potestate fecerimus hunc (claudum
ex utero matris suae) ambulare? Deus Abra-
ham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus pa-
trum nostrorum, glorificavit filium suum
IESUM, quem vos quidem tradidistis, & ne-
gastis ante faciem Pilati, judicante illo dimit-
ti. *Act. 3. v. 12. 13.*

II. Vos autem sanctum & justum ne-
gastis, & petistis virum homicidam donari
vobis: auctorem verò vitæ interfecistis,
quem Deus suscitavit à mortuis, cujus nos
testes sumus. *Act. 3. v. 14. & 15.*

III. Et

III. Et nunc, fratres, scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. Deus autem, quæ prænuñciavit per os omnium prophetarum, pati Christum suum, sic implevit. *Actor. 3. v. 17. & 18.*

MEDITATIO CCCLXIV.

In solo IESU Christo salus omnium consistit.

I. **H**ic est lapis, qui reprobatus est à vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli: & non est in alio aliquo salus. *Actor. 4. v. 11. & 12.*

II. Nec enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri. *Actor. 4. v. 12.*

III. Deus patrum nostrorum suscitavit IESUM, quem vos interemistis, suspendentes in ligno. Hunc principem & salvatorem Deus exaltavit dextrâ suâ, ad dandam poenitentiam Israël, & remissionem peccatorum. *Actor. 5. v. 30. & 31.*

MEDITATIO CCCLXV.

De Fide ac Spe nostræ resurrectionis.

I. **P**enetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, &